Exponit nomen eterni: quo usus fuerat: et dicit quod antiqui pronunciantur hoc nomen divine. hoc est convenienter rebus divinis: hoc enim nomen dupliciter accipitur. Uno quod modo secundum quod quod est eternum vel seculum rei unius. id enim apud grecos significat. dicit ergo quod eternum vel seculum uniuscuiusque rei vocatur finis. id est mensura quedam terminans: que continet tempus vite cuiuslibet rei: ita quod nihil detur vite que est alicuius rei secundum naturam est extra illi finem vel mensuram: sicut si dicamus quod spatium centum annorum est seculum: vel eternum hominis. Alio modo dicitur eternum simpliciter: quod comprehendit et continet omnes durationes: et hoc est quod dicitur quod secundum eandem rationem: eternum dicitur finis totius celi. id est spatium continens totam durationem celi: quod est spatium totius temporis. Et sic hoc dicitur eternum perfectio quedam que continet omne tempus et omnes infinitatem durationis non quidem sic quod ipsum celi distendatur secundum successionem preteriti et futuri sicut spatium temporis quantumcumque sit: quod talis successio sequitur motum: ista autem sunt penitus immobilia: que dicitur habere vitam in eterno sed eternum totum simul existens comprehendit omne tempus et omnem infinitatem: et derivatur in greco ab hoc quod est semper esse: et talis finis qui eternum dicitur est immortalis: quia vita illa non determinatur morte et divinus quod excedit omnem materiam quantitatem et motum. Deinde cum dicit.

Unde et alijs concipitur est his quidem clarus. His autem obscurus: esse et vivere.

Unde et ceteris alijs exactius. alijs offuscatus ipsum esse vivereque dependet.

Ostendit influentiam eorum in alia: est autem manifestum quod ab eo quod est perfectissimum sit derivatio ad alia que sunt minus perfecta. sicut calidum derivatur ab igne ad alia que sunt minus calida (ut dicitur in secundo metaphysico.) unde cum ista entia habeant vitam optimam: et per se sufficientissimam: et esse perfectum. consequens est quod inde communicet alijs esse et vivere: et non tamen equaliter omnibus: sed his quidem clarius. id est evidentius: et perfectius. scilicet his que sunt sempiterna: eadem numero existantia: et his que habent vitam rationalem. his autem obscurius. id est debilius: et imperfectius sicut his que sunt sempiterna non secundum idem numero sed secundum idem specie: et que habent vitam sensibilem vel nutritivam. Deinde cum dicit.

Et enis quemadmodum in enchiridijs philosophis circa divina multoties declaratum est rationibus: quod divinum intransmutabile necessarium esse omnem primum et summum: quod sic habens testificatur dictis.

Et enim ut in externis circa divina sententijs per sepe rationibus divinum omne necessarium mutatione vacare videtur: primum ipsum ac summum ita se habens testis est dictis.

Manifestat quod dixerat de conditione predictorum entium: que sunt extra celum: et primo proponit quod intendit.

secundo inducit rationes. Neque enim aliud est. Circa duo generaliter considerandum est quod apud philosophos erat duo genera dogmatum: quedam enim erant que a principio secundum ordinem doctrinam multitudinem apponebant. que quidem vocabantur enchiridia. quedam autem erant magis subtilia que proponebant auditoribus iam propositis: que vocabantur sutagmata. id est. coordinata vel adaptamenta. id est. auditiva. Dogmata autem philosophorum dicitur philosophata. dicitur ergo quod in huiusmodi enchiridijs dogmata philosophata circa res divinas multoties philosophis rationibus manifestabantur: quod necesse est omnem divinum esse intransmutabile: quasi non subiecti motui: et primum quasi non subiectus tempus: et summum quasi non contentum loco: divinum autem dicebatur omnem substantiam separatam: et hoc attestatur his que dicta sunt de huiusmodi entibus. Deinde cum dicit.

Neque enim aliud melius est quod movebit. Illud enim utique erit divinum.

Neque enim aliud prestantius est: quod quidem moveret: illud enim porro divinius esset.

Proponit rationes ad ostendendum quod dixerat. scilicet quod primum et summum sit intransmutabile. et per ostendit propositum. secundo infert quedam rationem ex dictis. Et incessabili itaque. Circa primum ponit duas rationes: quarum prima talis est. semper movens et agens est melius moto et passivo: sed non est aliquid melius primo et summo divino: quod possit ipsum movere: quod id adhuc esset divinus. primum ergo divinum non movetur: quod omnem quod movetur: necesse est ab alio moveri (ut probatur in 7. et 8. physico.) Secundam rationem ponit ibi.

Neque habet pravum nihil: neque indigens eorum que ipsius bonorum nullum est.

Neque pravitatis cuiusque est particeps: neque bonorum suorum cuiusque indiget.

Que talis est. omnem quod movetur aut ad se movetur ut fugiat aliquid malum: aut ad hoc quod requirit aliquid bonum: scilicet primum non habet aliquid malum quod possit evadere: neque indiget aliquid bono quod possit acquirere: quod est perfectissimum. ergo primum non movetur: potest autem et sic formari ratio: omnem quod movetur: aut movetur ad melius: aut ad deterius: sed neutrum potest deo moveri: scilicet ea que hic dicitur. ergo deus in nullo modo movetur: et est attendendum quod hec secunda ratio potest induci ad hoc quod non movetur. Deinde cum dicit.

Et incessabili itaque motu movet rationabiliter. Omnia enim quiescunt: que moventur: quando venerint in proprium locum: eius autem quod circum corporis idem locum unde incipit: et in quem consumat.

Et incessabili igitur motu non absque ratione movetur. Universa enim cessant desinuntque moveri. Cuius venerint suum in locum. Cuius autem corporis quod versatur: idem est locus in quo incipit et in quo finit.

Infert conclusionem ex dictis. Et dicit rationabiliter id est probabiliter sequitur quod istud primum mobile moveatur motu incessabili. quecumque enim mota desunt: tunc quiescunt quando perveniunt ad proprium locum sicut patet in gravibus et levis: sed hoc non potest dici in primo mobili: quod circulariter movetur: quia idem est unde incipit motus eius: et in quod terminat. ergo primum mobile movetur a primo motore motu incessabili. Et est attendendum quod hec ratio non ex necessitate concludit. potest enim dici quod motus celi non cessat. non propter naturam

Duplex acceptio eternitatis.

Argir.

Lec. 2 tex. c. 4

Argir.

Lec. 1. tex. c. 2
Lec. 2 De univ. lo idiget
Argir.

Argir.

Primum

loci sed propter voluntate mouentis: et ideo non inducit eam tanquam necessariam sed tanquam probabile.

tex. c. 101



Is autem determinatis dicamus post hoc: utrum ingenuus aut genitus: et utrum incorruptibilis aut corruptibilis pertranscunt prius aliorum suspensiones.

Argir.

Hisce determinatis consideremus deinceps oportet: utrum mundus ingenerabilis sit an generabilis: et incorruptibilis an corruptibilis: prius ceterorum opinionibus recitatis.

Lectio. xij.

Postquam philosophus ostendit quod corpus totius mundi non est infinitum: et quod non est multiplex numero. hic inquit utrum sit infinitum duratio eius eternitate. et primo ponit opiniones aliorum. secundo determinat propositum secundum propriam opinionem ibi. **P**rimum autem diuidendum etc. Circa primum tria facit. primo dicit de quo est intentio. secundo ponit opiniones ibi. Genitum quidem igitur etc. Tertio improbat eas ibi. factum esse quidem etc. Circa primum duo facit. primo dicit de quo est intentio: et quo ordine sit agendum. et dicit quod post determinationem premissorum dicendum est postea utrum mundus sit ingenuus. id est utrum per generationem incepit esse a quodam principio temporis aut non: et utrum sit incorruptibilis aut corruptibilis. id est utrum per corruptionem post aliquod tempus esse destinatum vel non: prius tamen quam hec pertractemus sed nostras opiniones debemus pertransire et breuiter dicere suspensiones aliorum. id est opiniones aliorum philosophorum: quas suspensiones hic vocat: quod ex leuius rationibus ad hec dicenda mouebantur. difficile enim est ad hoc inducere efficaces rationes. unde et ipse Aristoteles dicit in primo thopicozum: quod quedam problemata sunt de quibus rationes non habemus: ut utrum mundus sit eternus vel non. Secundo ibi.

Contrariozum enim demonstrationes dubitationes de contrariis sunt.

Argir.

Demonstrationes enim contrariozum dubitationes de contrariis sunt.

Assignat rationes tres quare hic et alibi aliorum opiniones pertractet: quarum prima est: quia demonstrationes. id est probationes contrariozum. id est contrariozum opinionum: sunt dubitationes de contrariozum scilicet opinionibus id est sunt obiectiones ad contrarias opiniones: expedit autem ei qui vult cognoscere aliquam veritatem solvere dubitationes: quod solutio dubitatiozum est inuenticio veritatis (ut dicitur in 3^o metaphy.) et ita ad sciendum veritatem: multum valent rationes contrariozum opinionum. Secunda ratio ponit ibi.

Lec. i
tex. c. p

Simul autem et magis vltique erunt credibilia dicenda pre audientibus dubitatiozum sermonum certificationes.

Argir.

Insuper et dicenda magis credent: si sententiarum earum que in controuersiam veniunt iura prius fuerint audita.

Et dicit quod simul cum predicta ratio est alia ratio: quod ea que dicenda sunt magis creditur credibilia apud illos qui audiunt certificationes sermonum ex quibus dubitatio emergit: quod quidam homo dubitat antequam eius dubitatio soluarur: est enim eius similis ligato qui non potest

ire. Tertiam rationem ponit ibi. **G**ratias enim condonare videri minus itaque nobis existet. Etenim opus disquisitores se non inimicos esse iudicatos vix sufficenter.

Argir.

Absentes enim condemnari minus vltique videbimur: etenim eos qui satis iudicauerunt veritatem: non aduersarios sed arbitros esse oportet.

Et dicit quod quando nos posuerimus opiniones aliorum et induxerimus eorum rationes et soluerimus eas: et posuerimus rationes in contrarium: inicit nobis quod non videamur condemnare dicta aliorum gratis. id est sine debita ratione sicut qui reprobanda dicta aliorum solo odio: quod non conuenit philosophis qui presentent se inquisitores esse veritatis: oportet enim eos qui voluit sufficenter iudicare de veritate quod non exhibeat seipsum sicut inimicos: eorum de quorum dictis est iudicandum: sed sicut arbitros et disquisitores pro vtraque parte. Deinde cum dicit.

tex. c. 102

Genitum quidem igitur omnes esse dicit. **O**mnes itaque factum quidem asserunt esse.

Argir.

Ponit opiniones aliorum. Et primo ponit in quo omnes conueniunt: et dicit quod omnes qui fuerunt ante eum dixerunt quod mundus sit genitus id est a quodam principio temporis esse incipiens per generationem. Secundo ibi.

Sed genitum hi quidem sempiternum: hi autem corruptibilem: quemadmodum quod cunctis constitutorum. Hic autem vicissim quoad doque quidem sic: quandoque autem aliter habere corruptionem: et hoc semper proficere sic: quemadmodum Empedocles Agrigentinus et Eraclitus Ephesius.

Argir.

Sed factum quidam perpetuum: quod caducum perinde ut quodnis aliud eorum que natura constat inquit esse. Quidam vicissim interdum hoc: interdum alio modo sese habere subuenientes corruptionem: idque semper hoc ferri modo dicunt: ut Agrigentinus Empedocles: ut Ephesius Eraclitus dicit.

Argir.

Ponit in quo differant et tangit tres opiniones: quidam enim dicebant quod quicquid incepit esse ab aliquo principio temporis: tamen in sempiternum durabit sicut primo dixerit quidam poete ut Ophelus et Isidorus quod dicti sunt theologice: res diuinas poetice et fabulariter ediderunt: quos in hac positioe secutus est Plato: qui posuit mundum generatum: sed in dissolubilem. **S**ecunda opinio fuit quorundam aliorum: qui posuerunt mundum corruptibilem esse: eo modo quo quodlibet aliud generatum: quod constituitur ex multis. ita scilicet quod mundus post corruptionem nunquam reparabit: sicut sortes post corruptionem nunquam reparatur per naturam: et hec fuit positio Democriti: qui posuit mundum generari casu per concurrensium atomorum semper mobilium: et ita per eorum segregacionem quandoque esse dissoluentem. **T**ertia opinio est dicentium quod mundus quandoque vicissim generatur: et quandoque corrumpitur: et ista vicissitudo semper durabit et durabit: et hoc dicit Empedocles agrigentinus. **P**osuit enim quod amicitia congregante elementa: et lite dissolvente ea: mundus generabatur et corrumpebatur: hoc etiam posuit Eraclitus Ephesius: qui posuit quod qua

Tria de muddi placita

Plato in

Demo/ criti in

Empedocles

Adq; totus mundus exiretetur per igne et post certos decursus tepoz iterus totus mundus generaretur per igne quem ponebat esse principiu omniu rez. **C** Di- cunt autē quidam q; isti poete et phi: et precipue Plato non sic intellexerunt fm q; sonat fm superficie verbo: sed suam sapiēciam volebat quibusdā fabulis et enig- maticis locutionibus occultare. et q; **A**lex. consuetudo fuit in pluribus non obijcere cōtra intellectū eoz qui erat sanus: sed contra vba eoz ne aliquis in tali modo loquendi errorem incurreret: sicut dicit **S**implici⁹ in cō- mēto. **A**lexā. tñ voluit q; Plato et alij antiqui philo- sophi hoc intellexerunt qd verba eoz exterius sonāt. et sic **A**lex. non solū cōtra verba: sed cōtra intellectū eoz conatus est argumentari: quicquid autē horum sit: nō est nobis multum curandum: q; studiū phi nō est ad hoc q; sciatur quid homines senserint: s; qualiter se ha- beat veritas rerum. Deinde cum dicit.

Factum esse quidem igitur: sempiternūq; tamen esse dicere est impossibilium. Sola enim hec ponendū rationabiliter quecūq; in multis aut omnibus videmus existētia. De hoc autē accidit contrariū. Via enim que generantur: et corrūpi videntur.

Igitur factū qdē esse: perpetuū tamē esse asserere ex his est pfecto que nequeūt esse. Ea nāq; sola ponenda sunt: que in multis: aut in omnibus esse videmus. De hoc autē contrariū accidit: vniuersa enim que fiunt: et corruptionem subire videntur.

Improbat positiones predictas: et primo primam. se- cundo tertiam ibi. Vicissim autē et. Tertio scđam' ibi. Totaliter autē factum et. Scđa enim opinio minus habet rationis. Circa primū duo facit. primo improbat positionē. secūdo excludit quādā excusationē ibi. Au- xilium autem et. Circa primū duo facit. primo ponit duas rōnes. circa quaz primaz dicit q; impossibile est mundum esse factum vel genitum ex quodaz pncipio tepozis: et q; postmodum in sempiternum daret: cum enim aliqua volumus sumere rationabiliter. i. probabi- liter absq; demonstratione: talia oportet ponere: que vi- demus esse vera in omnibus aut in multis. hoc cuius est de ratione probabilis: sed in proposito accidit contrari- um: quia omnia que generantur: videmus corrūpi. non ergo est ponendū q; mundus sit generatus et q; sit incorruptibilis. Scđam rationem ponit ibi.

Ad huc autē si non habeat principiu eius qd est sic se hēre: sed impossibile aliter se hē- re prius per oia secula: impossibile trāsmu- tari. Erit enī aliq; cā: que si extitit prius pos- sibile utiq; erit aliter hēre: impossibile aliter hēre. Si autē prius ex aliter hntibus cōsistit mūdus. Si qdē semp sic hntibus et impossibi- libus aliter hēre nō utiq; fieret. Si autē fa- ctus est: necesse. s. et illa possibilia esse aliter se hēre: et non semp sic se hēre. Itaq; stan- tia dissoluentur et dissoluta constiterunt pri- us: et hoc infinites: aut sic se non habebat: aut possibile erat. Si autē hec non utiq; erit

incorruptibilis: neq; si aliter hēbat aliquā- do: neq; si possibile aliter habere.

Preterea qd non hēt principiu hoc ha- **Argir.** bēdi modo: sed aliter habere prius vniuer- sa eternitate non pōt: id et mutari pfecto ne- quit. Erit enim aliqua cā: que quidem si pri- us esset: aliter id sese habere possēt: qd aliter sese habere non pōt. Quod si mūdus ex ali- ter prius habētib; constat: si semper sic se habentibus et nō potentibus aliter se habe- re: factus ipse pfecto non est. Si vero est factus: et illa aliter sese hēre posse: et nō semp ita sese habere necesse est. Quare et con- stituta dissoluent dissoluta ante constiterūt. Atq; hoc infinites aut sic se habuit: aut po- terat sic hēre. Qd si ita est: non: vacabit sane incorruptibile: neq; si olim aliter sese hēbat: neq; si aliter sese habere possit.

Et inducit pmo quoddā principiu: et dicit q; si aliqd est qd nō hēt in se potētiā que sit principiu eius qd est sic et aliter se hēre: sed impossibile sit q; aliter se habeat prius per oia secula: impossibile est q; talis res trāsmu- tet: et hoc probat iducēdo ad impossibile: q; si talis res trāsmutat: erit quādo trāsmutat: aliqua causa faciens eā trāsmutari. s. sua potētia ad trāsmutationē. que si pri- us fuisset: possibile erat illā re aliter se habere: qd tñ po- nebāt impossibile se aliter habere: et postea habet eā: hoc ipsum est trāsmutari illā re: et sic etiam anteq; hēret po- tētiā trāsmutādi erat potēs trāsmutari ad hoc. s. q; acci- peret potētiā trāsmutādi. Ex his autē sic arguit ad pro- positū. si mūdus constitutus est ex quibusdā reb; que pūsq; mūdus fieret aliter se habebāt: si ita sit q; illa ex q; bus constitutus est mūdus semper sic se haberent: sicut prius se habebāt: et impossibile sit aliter ea se hēre nō fie- ret mūdus ex eis. si ergo factus est mūdus ex eis: neces- se est q; illa ex quibus factus est mūdus sunt possibilia aliter se hēre: et q; non semper eodē modo se habeāt. vñ de sequit q; etiam cōstātia. i. postq; fuerint adunata ad cōstitutionē mundi: itez possunt dissolui: et qñ erant dissoluta: prius fuerunt cōposita: et q; infinites vicissis hec sic se habebant: aut possibile erat sic se hēre: et si hoc est ver: sequitur q; mūdus non sit incorruptibilis: neq; vñq; erit incorruptibilis: si ea ex quibus constat mun- dus aliter se habebāt: neq; etiā si possibile erat q; aliter se haberent quia ex vtroq; sequitur q; etiam non possi- bile sit ea aliter se habere.

Axiliū autē qd quidā conatur fer- **ter. cō.** re sibi pps dicentiu incorruptibi **104.1** lē quidē esse: factū autē: nō est ver. Similr enim dicūt his qui descri- ptiones scribūt: et seipsos dixisse de genera- tione nō tanq; generato aliquando sed do- ctrine gratia tanq; magis instruētes velut descriptionem genitū aspicientes.

Subsidiū autē qd quidam eoz qui dicūt **Argir.** mūdū incorruptibile quidē esse attamen fa- ctū esse: sibi pps enitunt ferre: ver non esse

Quid cē-
sendū sit
de antiq;
rum pla-
ctio

Argir.

ter. cō.
103.

videt. Inquit enīz z se perinde vt geome-
tre qui designationes describunt: de gene-
ratione mūdi dixisse nō quia aliquādo mū-
dus est ortus: sed gratia doctrine: quia di-
scentes magis cognoscunt: si vt designatio-
nem viderint factum.

Lectio. xxij.

Premissis rationibus contra opiniones Pla-
tonis. hic philosoph⁹ excludit quā-
dam excusationem predictae opinionis: quā Xenocra-
tes z alij Platonici asseriebant. Et circa hoc duo facit.
primo proponit excusationes. secūdo excludit eam ibi
L hoc autem quēadmodū est dicimus zc. Dicit ergo
primo: qd nō est verū illud auxiliūz id est illa excusatio
quā quidam Platonicoz dicētiū mundū esse incoz-
ruptibilem: sed tamen factū: vel genitū conantur ser-
re: sed ipsi vt non irrationabiliter posuisse videantur: di-
cunt se dixisse de generatione mundi: ad similitudines
eorum qui describunt figuras geometricas: qui primo
describunt quasdam partes figure: puta trianguli: pos-
tea alias non quasi prius fuerint huiusmodi partes an-
teq; alia figura ex huiusmodi partibus constitueretur:
sed vt magis explicite demonstrarent ea que ad figuraz
requiruntur: z similiter dicunt Platonem dixisse mū-
dum factum esse ex elementis: non tanq; aliquo tēpo-
re determinato mundus sit generatus: sed causa doctri-
ne vt facilis instruerentur aliq de natura mundi: dñs
primo demonstrantur partes mundi: z quid habeat hū-
iusmodi partes: ex ipsis postea demonstrant eis cōpo-
sitionem quā habent a causa mundi que deus est: ita
aspiciunt id est considerant mundum esse genitum ad
modum descriptionis: quia vtuntur geometre in descri-
ptione figurarum. Deinde cum dicit.

Hoc autē est quēadmodū dicimus nō idē.
In factione qdē enī descriptionū positis oī-
bus eē simul idē accidit. In demonstratiō-
bus autē horū nō idē: sed impossibile. Que
enī accipiunt prius z posterius subcontra-
ria sunt. **Ex inordinatis quidē enīz ordi-
nata facta esse dicunt. Simul autē idē inor-
dinatū eē: z ordinatū impossibile: sed neces-
se generationē eē separantē z tēpus: in de-
scriptionibus autē nihil tpe segregatum est.**
**Qd qdem igitur impossibile ipsum sempi-
ternū esse z factum esse manifestum.**

**Hoc autē non idem est vti dicimus: naz in
designationū qdez effectione omnibus po-
sitis esse simul accidit idē. In horū autēz de-
mōstrationibus nō idē: sed impossibile sane
accidit. Ea namq; que p̄us posteriusue su-
munt subcōtraria sunt. Ex inordinatis
enim olim inquitur ordinata fuisse. At au-
tem idem ordinatū sit simul atq; inordinatū
fieri nequit: sed generationem esse que sepa-
rat tempusue necesse est. In designationi-
bus vero nihil est tempore separatūz. Esse
igitur impossibile perpetuū ipsum simul ac
factum esse ex his que diximus patet.**

**Improbatur qd dē est. z dicit qd nō eodē modo se hēt
qd ipsi dāt circa generationē mūdi: z qd geometre dāt
circa descriptiones figuraz: sicut manifestabit per ea
que nūc dicemus: qz in descriptionibus geometricali-
bus idem accidit si omnes partes figure simul accipia-
tur vt p̄stituat figurā z si nō accipiant simul. Quia qū
nō accipiunt simul nihil aliud dicit de eis: nisi qd sunt li-
nee vel anguli: z hoc etiā saluatur in eis quādo accipiū-
tur oīa simul in figura constituta ex eis. Sed in demō-
strationibus eoz qui ponūt generationē mūdi nō idē
accipit cū sunt simul z cū nō sunt simul: sed impossibile est
le est qd idē ex vtrāq; parte accipiat: sicut impossibile est
opposita esse simul. illa autē que accipiuntur prius. s. an-
te p̄stitutionē mūdi: z posterius. s. mūdo iam cōstituto:
sūt subcōtraria. i. hēt quādam adiunctā z latētē p̄icta-
tem. dāt enim qd ex elementis inordinatis: facta sunt or-
dinata: deo. s. reducēte in ordinationē elementoz. ad or-
dinē vt Plato in thimeo dicit. geometre autē nō dāt qd
ex lineis diuisis cōponat triangulus sed simpliciter qd
ex lineis. Et esset simile: si isti solū dicerēt qd mūdius sit
ex elementis: sed dāt qd mūdius ordinatus sit ex elemen-
tis. Non est autē possibile qd aliquid sit simul ordinatū
z inordinatū: sed necesse est dare aliquā generationē p̄
quā vni eoz ab altero separet: vt. s. ante ḡnationem sit
inordinatū: post generationē vō ordinatū: z per conse-
quēs necesse est dare aliqd tempus distinguēs vtrūq;
sed in descriptionibus figurarum nō requiritur aliqua
distinctio tēporis. non enim oportet qd linea z triangu-
lus tēpore distinguatur sicut ordinatus z inordinatū.
**Uoluit autē quidā ad hūc excusare Platonēz quasi
non posuerit qd aliqua inordinatio prius tēpore fuerit
in elementis mundi z posterius aliquo tēpore inceper-
int ordinari: sed quia inordinatio semper quantūz ad
aliquid adiuncta est elementis mūdi: z quāntū ad aliqd
ordinatur: sicut etiam ipse Ar. ponit qd materie sem-
per adiungitur p̄matio: quāuis z semper sit s̄m aliqd
formata: Potest etiam intelligi Platonēz dedisse intelli-
gere qd elementa ex se inordinatiōnem haberent si non
essent ordinata a deo: non qd prius tempore fuerint in-
ordinata: sed quicquid Plato intellexerit: Ar. sicut di-
ctum est obiebat contra id qd verba Platonis expri-
munt. Concludit ergo ex premissis qd impossibile sit
mundum factum esse per generationem: z tamē eum
in sempiternum durare. Deinde cum dicit.****

**Vicissim autē constare z dissolui nihil ali-
ud facere est qz astruere ipsum sempiternū
qdē sed trāsmutantē formā: quēadmodū
figs ex puero virum factū: z ex viro puerū:
quādoq; enīz corrumpi quādoq; esse pu-
tet. Palam enim qd z adinuicem continēti-
bus elementis non contingens ordo sit z
constitutio sed eadē. Aliterq; z s̄m eos qui
dixerunt hunc sermonēz: qui dispositionis
vtriusq; causant contrariuz. Itaq; si totum
corpus continuum ens: quādoq; quidem
sic: quādoq; autēz illo modo disponitur z
aptatur: totius autē consistentia mundus z
celum: non vtrūq; mūdi generabitur z cor-
rumpetur: sed dispositiones ipsius.**

**Constituere vero mundum vicissim atq;
dissoluerē nil aliud esse videt: qz ipsuz sem-**

Defendi-
tur pla-
to.

Argir.
107.

piternum quidem: formam autē mutantē extruere: perinde atq; si quis interdum corrumpi: interdū esse putaret quēpiā: qui vir ex puero et ex viro fieret puer. Est enim perspicuum: si elementa inter sese conueniunt: non quēuis sed eundē ordinē eādēq; fieri cōstitutionē: presertim s̄m eos qui hanc sententiā dicūt: qui quidē viriūsq; dispositionis contrarium ipsūz causāz inquirunt esse. Quare si totū quidē corpus continuū permanēs interdū hoc interdū illo disponitur modo ac perornat. Cōstitutio vero totius mūdus est atq; celūz non utiq; mūdus: sed dispositiones ipsius fiunt ac corrūpantur.

Prosequitur opiniōem Empedoclis quā tertio posuerat: et dicit q; illi qui dicūt mundum vicissim componi et dissolui nihil aliud faciunt q̄ q; afferunt mundū esse sempiternum s̄m substantiam: sed se transmutare s̄m formam siue s̄m eius dispositionē: sicut si alig; videns aliquem ex puero factum virum si ponatur q; videat vicissim eundē ex viro factū puerū. putet eūz quādoq; fieri: quādoq; corrūpi. Et q; s̄m hanc opiniōem Empedoclis ponatur ipsa substantia mundi sempiterna manifestat per hoc q; post separationem elementorum per litē quando iterum conuenient elementa: nō fiat qualiscūq; ordo mundi: et qualiscūq; eius cōstitutio. sed eadē quē nunc est: et hoc manifestum est etiā aliter per rationē: q; ab eadē causā scilicet amicitia congregabuntur tunc elementa: ex qua et prius congregata sunt: et sic eadem cōstitutio mundi sequitur: sed etiā hoc manifestum est s̄m eos qui hanc positionē ponunt qui afferunt contrarietatem litis amicitie ponunt causam contrarie dispositionis in elementa: ut scilicet quādoq; sunt coniuncta quādoq; separata. **U**nde concludit q; si totum corpus mundi continuum existens. i. cōiunctum: quādoq; disponatur et aptetur vno modo: quādoq; alio modo cum ipsa consistentia siue substantia oīum corporūz vocetur mundus siue celū: sequitur q; mūdus nō generet et corrūpatur: sed solūz dispositiones ipsius. Deinde cum dicit.

Totaliter autē factus corrumpi et non reflecti existente quidē vno impossibile est: prius enim fieret: semper existebat que ante ipsum consistentia: qua non facta: non possibile esse dicimus transmutari: infinitis autē entibus mundis: contingit magis.

Hoc autē ortū inq; mūdus oīno corrūptū iri et non redire: si sit quidē vn̄ impossibile est. Nam antea q̄ ortus esset cōstitutio precepsens ipsum semper nimis erat: quā quidē haud factū mutari non posse dicimus. Sin vero sint infiniti: magis fieri potest.

Prosequitur autē opiniōem Democriti quā supra secūdam posuerat. et primo dicit qualiter se habeat ista opinio. secūdo ostendit quid circa postmodū erit manifestū. Sed t̄m r̄c. dicit ergo primo q; si alig; ponat q; mūdus sit factus: et totaliter corrūpat absq; regressu. ita. s̄q; nunq; itez fiat. hoc quidē est impos-

sibile si ponat vnus tm̄ mūdus. et hoc ideo: q; si sit vn̄ mūdus qui quādoq; est factus cui nō sit factus ex nihilo priusq; fieret: existebat substantia: que erat ante eūz. aut ergo ponemus q; illa substantia que preerat mūdus: poterat subijci generationi: aut non: et si quidem nō poterat subijci: non poterat ex ea fieri mūdus: et hoc est qd̄ dicit: q; non facta vel nō genita. i. qua non subiecta generationi: impossibile esse dicimus transmutari. i. nō possibile esse q; transmutet ad hoc ut ex ea fiat mūdus. Si vero in sua natura habebat q; posset transmutari ad hoc q; fieret ex ea mūdus: et etiā post corruptionē mūdi poterit transmutari: ut ex ea itez fiat mūdus. Sed si aliquis ponat infinitos mūdus: ita. s̄q; ex quibusdam atomis vno alio modo compositis fiat hic mūdus. et ex eisdem vel alijs modo compositis fiat alius mūdus. et hoc in infinitum poterit sustineri quod dictum est. s̄q; mūdus semel corruptus nunq; itez generet: q; ex quo possibile est esse alios mūdus: ex illis atomis poterit alius mūdus cōstrui: sed si non posset esse mūdus nisi vnus: sequeretur incōueniēs: q; materia in quā mūdus solueretur: esset adhuc in potētia ut ex ea fieret mūdus: unde si non posset esse alius mūdus oporteret q; idem ipse iterum fieret. Deinde cum dicit.

Sed tamen hoc vtrū impossibile aut possibile: erit manifestum ex posterioribus.

Sunt enim quidā quibus contingere videtur et ingenitum aliquid ens corrumpi: et ingenitum incorruptibile perdurare sicut in Thimeo. Ibi enim ait celum factum esse quidem non solū: sed et fore de cetero sempiterno tempore. Ad quos naturaliter quidem de celo solū dictū est: vniuersaliter autem de omni speculātib; erit et de hoc manifestum.

At de hoc etiā si fieri possit nec ne: perspicuum ex hisce que posterius dicentur euadet.

Sunt enim quibus fieri posse videtur: ut et in generabile quippiam corrūpatur: et ortum vacet corruptione: ut in Thimeo asseritur. Illic enim thimeus celū esse quidē ortus: non tamen esse caducū: sed reliquo semper fore tēpore dicit: ad quos naturaliter quidem de celo solū est dictū. Si vero de omnibus vniuersaliter cōsiderauerimus: de hoc quoq; fuerit manifestum.

Ostendit quid restet dicendū: et dicit q; ex posterioribus erit manifestū: vtrū hoc sit possibile: et si quidem licet referat ad immediate dictū de opiniōe ponentiū infinitos mūdus: non est intelligendum q; posteriora hic nominet ea: que immediate sequuntur in quibus nulla de hoc sit mentio: sed intelliguntur posteriora: ea que dicuntur de opiniōe Democriti in quarto. huius et in primo de generatione: si vero licet hoc referatur ad totūz precepsens: vbi actum est de opiniōe ponentiū mūdum esse genitum. per posteriora intelliguntur immediate sequentia. et ad hoc cōcordat q; immediate subditur sunt enim quidā quibus videtur esse contingens: q; aliquid quod nunq; fuit generatū: corrūpat: et q; aliquid de nouo genitū: incorruptibile perduret: sicut in Thimeo dicit Plato: non solū q; celum sit factum de nouo sed etiā q; duret de cetero: sempiterno tempore: et sic po-

nit vtriusq; dictoz. s. q. materia ordinata que nunq; incepit esse inordinata: quadoq; esse definit: et q. mundus incipiat et nunq; definit: et contra istos sic ponentes mudi generari supra circa principii huius libri: naturalibus rationibus processum est solum quantum ad celum: quod probant esse ingentium et incorruptibile: tanq; non habens contrarium: sed nunc hoc manifestabit vniuersali consideratione de omnibus entibus.

ter. co. 110



Mimum autem diuidendum: quomodo ingenerabilia et generabilia dicimus: et corruptibilia et incorruptibilia.

Argir. Primum autem distinguamus orationes: quomodo generabilia et ingenerabilia: et corruptibilia: et incorruptibilia dicimus. **Lectio. xiiii.**

Postquam philosophus prosecutus est opiniones aliorum circa oppositam questionem de mundo an sit genitus et corruptibilis: hic prosequitur predictam questionem secundum suam opinionem: et primo permittit quedam que sunt necessaria ad investigationem propositi. secundo prosequitur oppositam questionem ibi. Determinatis autem his rebus. Circa primum duo facit. primo distinguit multipliciter horum nominum quibus vtitur in questione. scilicet geniti et ingenti: corruptibilis et incorruptibilis. secundo distinguit multipliciter quorundam nominum que in predictorum diffinitione cadunt. scilicet possibilis et impossibilis ibi. Si itaque hec sic habentur. Circa primum duo facit. primo dicit de quo est intentio. secundo propositus prosequitur ibi. Dicit autem ingentium rebus. Circa primum duo facit. primo dicit de quo est intentio: et dicit quod circa investigationem predictae questionis. primo oportet distinguere quibus modis aliquod dicitur generabilia et ingenerabilia: et iterum corruptibilia et incorruptibilia. Deinde cum dicit.

Multipliciter enim dictis: et si nulla differentia ad sermonem: necesse intellectum confuse habere: si quis diuiso multipliciter tanquam diuiso vtatur. Immanifestum enim secundum quod natura ipsi accidit: quod dictum est.

Argir. Nam cum multipliciter dicantur: et si nihil ad rationem refert: mentem indefinite sese habere necesse est: si quis dicitur vt indiuisibili eo vtatur: quod multis diuiditur modis. Non est enim manifestum per quam ipsorum naturam id accidit: quod est dictum.

Assignat rationem suae intentionis et dicit: quod quia aliquod multipliciter dicuntur: contingit quibusque illa multiplicitas nullam differentiam inducat quantum ad rationem que proponitur: quoniam in illa ratione sumitur nomen solum in vna significatione: tunc autem multiplicitas differentiam facit in ratione: quoniam nomen sumitur in diuersis significationibus: scilicet tunc nulla dicitur fiat quantum ad rationem: tunc intellectus audiens se confuse habet: si aliquid vtatur nomine quod multipliciter potest distinguere tanquam distinguere non potest: quoniam quia aliquid vtriusque indistincte multipliciter non est manifestum secundum quam unam significationem accidit. Deinde cum dicit.

ter. co. 111

Dicit autem ingentium vno quidem modo si sit aliquid nunc prius non ens sine generatione et transmutatione: quemadmodum quodam tangi et moueri dicunt. Non enim generari quidam dicunt tactum neque motum. Vno autem siquidem contingens fieri aut non fieri: non est

tripliciter dicitur ingentium

aut. Similiter enim et hoc ingentium: quod contingit fieri. Vno autem siquidem omnino impossibile fieri: vt et quadoque sit: quandoque autem non. Impossibile autem dicitur dupliciter. Aut enim simpliciter non verum erit dicere: quod fiet vtriusque. Aut non facile: neque cito: aut bene.

Argir.

Dicitur itaque ingenerabile vno modo: si sit quippiam nunc quod antea non erat sine generatione mutationeue: vt ipsum tangi quidam inquit atque moueri. Dicitur enim non posse tangens generari: neque subiens motum. Alio modo si fieri vel ortum esse quippiam possit: et non sit: nam et hoc ingenerabile dicitur: quod ortum subire potest. Alio modo si quippiam omnino factum esse impossibile sit: vt interdum sit: interdum non sit. Impossibile autem dupliciter dicitur: aut enim quia non verum est dicere ortum esse posse: aut quia non facile: nec cito: nec bene oriri potest.

Distinguit predicta uoia. et primo ingentium et genitum. secundo corruptibile et incorruptibile ibi. Et corruptibile autem rebus. Circa primum duo facit. primo distinguit hoc nomen ingentium. secundo hoc nomen genitum ibi. Eodem autem modo rebus. Iponit autem quod hoc nomen ingentium dicitur tribus modis. quorum primus est prout dicitur aliquid ingentium quod quidem nunc est. sed prius non erat. ita tamen quod hoc contingat sine generatione et transmutatione eius quod esse incipit. sicut aliquid quod nunc expletum de eo quod est tangi et moueri. dicitur enim quod tactum et motum non contingit generari: et hoc probatum est in 5. physica. quia cum generatio sit quedam species motus siue transmutationis. si motus generaret: sequeretur quod mutationis esset mutatio. Sic ergo tactus et motus non esse incipientium dicitur ingentia: quia non generantur nec nata sunt generari. **Secundo modo dicitur aliquid esse ingentium: quod quidem contingit fieri vel non fieri: et tamen non dicitur factum: sicut hocies qui nascitur cras contingit in futurum fieri vel non fieri: et tamen dicitur ingentium: quia non dicitur factum. similiter enim et hoc potest dici ingentium quasi non genitum: quod contingit generari.**

lec. 3. ter. c. 11

Tertio modo dicitur aliquid ingentium quod omnino impossibile est fieri: hoc modo vt quibusque sit et quibusque non sit: sine per generationem siue quocumque alio modo: et secundum hoc in genita dicuntur que non possunt esse: vel que non possunt non esse. hic modus distinguitur in duos: nam impossibile dicitur dupliciter esse vel fieri. vno modo absolute: quia dicitur. scilicet simpliciter non est vtriusque dici quod hoc aliquando fiat. secundum modo potest dici aliquid impossibile fieri: quia non de facili potest fieri. et hoc quia non cito potest fieri: vel quia non est bene factibile: sicut si dicamus aliquid malum ferrum non esse bene fabricabile. **Ad euentum autem horum modorum considerandum est quod generatio importat aliquid commune quod est incipere esse: et etiam importat determinationem modum esse. scilicet per transmutationem. Negatio igitur que importatur hoc nomine ingentium. vno modo potest negare vtriusque. scilicet inceptionem et modum incipiendi: vel potest solum negare modum incipiendi: et vtriusque contingit dupliciter. vno modo secundum actum. alio modo secundum potentiam. Si igitur predicta negatio non neget inceptionem sed solum modum incipiendi. sic est primus modus secundum quem dicitur aliquid ingentium: quod potest incipere esse: sed non per generationem. si vero neget non potentiam sed solum actum: vt**

Ubi sit buri no minus multi plicitas.

puta: quia potest incipere esse: et potest generari non tamen adhuc incipit esse: vel est generatum. sic est secundus modus. Si vero non solum neget modus incipiendi. sicut in primo modo. nec solum actus generationis sicut in secundo: sed modum inceptiois et inceptiois et quantum ad actum: et quantum ad potentias: sic est tertius modus qui est perfectissimus: secundum quem proprie et simpliciter dicitur aliquid ingenuitatis: quibus et hic modus distinguatur secundum quod possibile dicitur aliquid: vel simpliciter: vel secundum quid. Deinde cum dicitur:

ter. co. 112.

Eodem autem modo et genitum: vno quidem si non ens prius: posterius siue genitum siue non generatum: siue sine generari quando quidem non ens: iterum autem ens. **U**no autem si possibile siue per verum determinatum possibile: siue per facile. **U**no autem si sit generatio ipsius ex non ente in ens siue iam existente: per fieri autem existente: siue etiam nondum existente sed contingente.

Argir.

Eodem modo et generabile vno dicitur modo: si sit quippiam posterius quod prius non erat: siue per generationem siue sine generatione. **A**lio modo si possibile sit siue veritate siue facilitate possibile ipsum sit definitum. **A**lio modo si generatio sit ipsi ex eo quod non est ad id quod est: siue iam sit: per generationem autem sit: siue et nondum sit esse autem possit.

Distinguitur significatio huius nominis genitum: et dicitur quod eodem modo genitum dicitur tribus modis: quorum primus est: si aliquid prius non fuit: et postea incipit esse: siue per generationem sicut homo siue sine generatione. sicut tactus dummodo id quod dicitur genitum quandoque non sit: et iterum postea sit. **S**ecundo modo dicitur aliquid genitum si possibile sit id incipere esse. siue possibile determinetur per verum ut scilicet dicatur possibile: quod potest esse: siue determinetur per facile. ut scilicet dicatur possibile fieri: quod de facili potest. **T**ertio modo dicitur aliquid genitum: cuius potest esse generatio: ut per hoc procedat de non esse in esse: et hoc indifferenter siue iam esse inceperit: et hoc per fieri id est per modum generationis: siue nondum esse inceperit: sed contingat illud esse incipere per modum generationis. **A**pparet etiam secundum premissa ratio horum modorum: quia cum dicitur aliquid genitum secundum primum modum: asseritur actualis inceptio: non autem modus determinatus incipiendi que significat generatio. **S**ecundum autem modum secundum asseritur possibilitas inceptiois. absque determinato modo incipiendi: et hic modus potest distinguere in duos secundum distinctiones potentie: secundum autem modum tertium asserit non solum inceptio: sed determinatus modus incipiendi: et hic modus potest distinguere in duos: quod vel asserit determinatus modus incipiendi secundum actum: ut quod sit aliquid iam generatum: aut secundum potentiam: ut quod aptum nati sit generari. **E**t si quis recte consideret modos quos posuit circa genitum: differunt a modis: quos posuit circa genitum dupliciter. **U**no modo secundum distinctionem quidem: quod in distinctione modorum incipiendi sub alio modo comprehendebatur negatio determinati modo incipiendi secundum potentiam: et in alio secundum actum. **N**am in primo modo dicebatur ingenuitatem quod non poterat incipere per generationem: sed non dicitur generatum: sed quia

Sufficiencia h' multipl' citatis,

tum ad negationem inceptiois in communi sub eodem modo comprehendebatur negationem potentie et actus. dicebatur enim tertio modo ingenuitatem quod nec inceperit esse: nec potest incipere. **S**ed circa modos genitum e converso. ex parte inceptiois in communi distinguitur modos secundum potentiam et actum. **N**am primus modus est quod actu incipit esse quocumque modo: secundus est quod potest incipere quocumque modo sed nondum inceperit. **S**ed ex parte determinati modi incipiendi sub vno modo comprehendit potentiam et actum. **D**icitur enim tertio modo genitum quod vel est genitum: vel potest generatum esse: vel poterit generari. **E**t sic patet quod isti tres modi non directe opponuntur tribus primis: quia quod ibi distinguebatur: hic remanet indistinctum: et e converso. secundum ordinem autem differunt isti modi. nam in modis ingenuitatem premittebatur id quod pertinet ad determinatum modum inceptiois eius: quod pertinet ad inceptiois in communi. **S**ed circa modos genitum premittebatur id quod est ex parte inceptiois in communi: et hoc subtili ratione. **A**risto. fecit. **V**oluit enim primo ponere modos imperfectos: et ultimo modos perfectos. differenter autem se habent negatio et affirmatio: circa proprium et commune. **N**am negatio que negat proprium est imperfecta. **N**egatio autem que negat commune est perfecta: quia negato communi: negatur proprium. et ideo ultimum modum ingenuitatem quasi perfectus posuit: quod negatur inceptio in communi. **E**t quia negatio particularis modi incipiendi est imperfecta. ideo ex hac parte posuit partiales modos distinctos secundum potentiam et actum. sed affirmatio proprium est perfecta: quia posito proprio ponitur commune. affirmatio autem commune est imperfecta. et ideo ultimum modum genitum posuit tanquam perfectus: quod inceperit esse per generationem. **E**t comprehendit sub hoc modo tanquam sub perfecto et potentiam et actum. **M**odos autem pertinentes ad inceptiois in communi: premittebatur tanquam imperfectos: non enim perfecte dicitur aliquid genitum ex hoc solo: quod inceperit esse. **E**t ideo expresse distinguitur hos modos tanquam partiales secundum potentiam et actum. **D**einde cum dicitur:

ter. co. 113.

Et corruptibile autem et incorruptibile similiter: siue enim prius aliquid ens: posterius autem non est: aut non esse contingit: corruptibile esse dicimus siue corruptum aliquando et transmutatum: siue non. **E**st autem quando et quod per corrumpi contingens non esse corruptibile esse dicimus. **E**t adhuc aliter quod facile corrumpitur quod dicitur utique aliquis eustarchon.

Argir.

Corruptibile etiam et incorruptibile similiter dicitur: nam si quippiam prius erat postea vero non est: aut est quidem: non esse autem potest: siue per corruptionem mutationem siue sine corruptione corruptibile illud dicimus esse. **I**nterdum et id quod per corruptionem non esse potest: corruptibile esse dicimus. **E**t insuper alio modo id quod facile corrumpitur: quod quidem quod siam facile corruptibile dixerit.

Distinguitur modos corruptibilis et incorruptibilis: et primo corruptibilis. secundo incorruptibilis ibi **L**De

Incorruptibili &c. Dicit ergo primo qd corruptibile: si
 militer & incorruptibile dicitur multipliciter: & ponit
 tres modos corruptibilis. **U**bi considerandum est: qd si
 cut generatio importat inceptioem cu dterminato mo
 do: ita corruptio importat defitionem cum determina
 to modo. i. transmutationis. Primus ergo modus cor
 ruptionis ponit defitionem in comuni absqz distinctio
 ne potentie & actus. Et est eadem ratio ordinis: que est
 supra de genito: sicut enim no dicitur aliquid perfecte ge
 nitus ex hoc qd incipit esse. ita non dicitur aliquid per
 fecte corruptum: ex hoc qd desinit esse: nec perfecte cor
 ruptibile: ex hoc qd pot desinere esse: est ergo primus mo
 dus: fm que dicimus aliquid esse corruptibile: qd eius
 prius sit aliquid. posterius autē vel no est: vel contingit
 non esse: siue hoc contingat per corruptionē: & transmu
 tationē sicut homo est corruptibilis: siue non per cor
 ruptionem & transmutationē desinat esse sicut tactus &
 motus. **S**ecundo modo dicimus aliquid esse corru
 ptibile: & contingit illud no ee. id est quando pot desinere
 esse per speciale modū corruptionis. **T**ertio modo
 dicitur aliquid corruptibile qd de facili corrumpitur: qd
 potest dici eustarchon. i. bene corruptibile. **E**st autē
 considerandum qd hz modi corruptibilis cum modis
 geniti conueniant quantum ad ordinē: quia sicut ibi pre
 mittitur generalis inceptio: ita hic premittitur genera
 lis desinitio: est tamen differentia quantum ad distinctionē:
 nā ibi distinguebantur modi fm actum & potentiam: hic
 autem distinguuntur modi fm potentia absolutam & per
 fectam: que est vltimus modus tamqz perfectissimus. p
 fectissime enim est corruptibile quod de facili pot corrupi
 pi: & huius ratio est: qd geniti dicitur fm actū. corruptibi
 le aut dicitur fm potentia. vnde de geniti potest intelligi hz
 actum & potentia. Sed corruptibile non potest intelligi
 nisi fm potentia. ideo autē posuit geniti fm actum: &
 corruptibile fm potentia: quia cu generatio sit de non
 esse in ee: corruptio de ee in non ee: id quod est genera
 bile nondū est ens. sed solum id quod ita est geniti. eodē
 verso id quod est corruptibile est ens: non autem id qd
 iam est corruptū: intendit autē philosophus facere que
 stionem de entibus. non autem de non entibus. & ideo
 vtitur nomine geniti & corruptibilis. Deinde cu dicit.

tex. co.
114.

Et de incorruptibili eadem ratio: aut enim
 qd sine corruptione quicquid est ens: quicquid
 autē non ens: puta tactus: qz sine corrupi
 prius existēs postremo no sunt. **A**ut
 ens quidē impossibile: aut no fore: aut non
 futurū aliquando: nunc autem ens. Tu eni
 es & tactus nunc: sed tamen corruptibiles:
 quia erit aliquando tēpus: quando non ve
 rum te dicere: quia es: neqz hoc tangi. **A**d a
 xime autem proprie incorruptibile ens qui
 dem: impossibile autem corrumpi sic: vt &
 nunc ens. postremo non sit: aut contingat
 non esse. Et si nondū corruptum contingēs
 autem postremo no esse. **D**icitur autem in
 corruptibile & qd no facile corrumpitur.

Argir.

De incorruptibili eadē est etiā ratio. Aut
 enim id quod sine corruptione interdū est:
 interdum non est: incorruptibile dicimus:
 quo pacto tactus incorruptibiles esse dicitur

tur propterea quod prius erant: & postea
 non sunt sine corruptione: aut id quod qui
 dem est: non esse autem potest: aut no est fu
 turum in qz: nunc autē est. Tu eni es nūc
 & tactus: est etiam nunc: corruptibiles tamē
 estis: quia erit aliquando tempus: quando
 nec te esse nec hec tangere vere dicetur. **I**d
 vō maxime pprie & incorruptibile dicitur:
 qd quidē est: no pot aut sic corruptum esse:
 vt nunc quidē sit. postea vō non sit: aut no
 esse possit: aut & id qd nodū corruptū ē: non
 esse aut posterius pot. **D**icitur et incorruptibi
 le & id quod non facile corrumpitur.

Distinguit modos corruptibilis. Et dicit qd de incor
 ruptibili etiam est eadē distinctionis ratio. ponit enim
 tres modos: quorum primus est fm negationem deter
 minati modi defitionis fm. s. qd incorruptibile dicitur:
 qd quidē pot desinere: sic qd quicquid sit ens: & postmodū
 no ens sed hoc sine corruptione: sicut tactus & motus:
 qui cu prius sunt: posterius no sunt: sed hoc est sine cor
 ruptione eoz: qz eoz no est corruptio sicut nec genera
 tio. **U**nde hic modus rēdet primo modo ingenti. **S**e
 cundo modo dicitur aliquid incorruptibile fm negationes
 inceptiois in cor: & sic dicit: qd illud qd nunc est ens: &
 est impossibile qd postea non sit: vel quandoqz no sit fu
 turū dicitur incorruptibile: & hic modus incorruptibilita
 tis no cōpetit alicui rei que possit desinere esse per cor
 ruptionem. tu enim qui potes desinere ee p corruptio
 nem: es nunc in presenti: & similiter tactus qui pot desi
 nere ee: sed no per corruptionē: est nunc: sed tū vtrūqz
 horum dicitur aliquo modo corruptibile. s. fm modum
 primū corruptibilis: qz. ferit aliqū quādo non erit verū
 dicere qd tu sis: nec erit verū dicere qd hoc tangat. **I**deo
 id maxime dicitur pprie incorruptibile qd quidē est ens:
 sed impossibile est illud corrupi: hoc modo: vt cuz mo
 do sit ens: posterius no sit ens: aut contingat no esse: &
 quāuis nodū sit corruptū contingat postremo id non
 esse. id enim quod no hoc modo se habet dicitur pprie incor
 ruptibile. **T**ertio modo dicitur aliquid incorruptibile quod
 no de facili corrumpitur: quod etiā respondet tertio modo
 corruptibilis: & secundus secundo: & primus primo.

tex. co.
115.

Si itaqz hec sic se hnt. considerandū
 quo dicimus possibile & impos.
Si igitur hec ita sint: conside
 randum est quomodo possibile &
 impossibile dicimus. **L**ectio. xxv.

Argir.

Postqz phs ostēdit quot modis dicitur geniti & in
 geniti: corruptibile & incorruptibile. hic
 exponit significationē huiusmodi quod dicitur possibile & impos
 sibile. Et primo dicit de quo est intētio. **S**ecdo exequit
 ppositū ibi. Si itaqz aliqū pot &c. **C**irca primū duo
 facit. primo dicit de quo est intētio: & dicit qd cum ita se
 habeat ea que dicta sunt circa significationē geniti & in
 geniti: corruptibilis & incorruptibilis: oportet conside
 rare quō dicitur aliqū potē & impossibile. **S**ecundo ibi.

Propterea enim dicitur incorruptibile: eo
 qd no possit corrupi: neqz aliquādo quidem
 esse: aliquando autē non. **D**icitur autē & in
 genitū: qd impossibile: & quod non potens

fieri sic: ut et prius quidem non sit: posterius autem sit: puta dyameterum sinetrum.

